



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ammiani Marcellini Rervm Gestarvm Liber Vigessimvs Secvndvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

ni unquam tum adictus ad singula eius uerba plaudentibus, & quid ille aiet uel neget, ut assentiri possint: augebat etiam amaritudine temporum flagitatorum, rapacitas inexpleta, plus odiorum ei, quam pecuniae conferentium. Hocque multis intolerantibus uidebatur, quod nec causam aliquando audiuit, nec prouinciarum indemnitati prospexit. Cum multiplicatis tributis, & uectigalibus uexarentur. *Indemnitas.* Eratque super his adimere facilis quae donabat, Christianam religionem absolu- *Christiana religio.* tam & simplicem anili superstitione confundens, in qua scrutanda perplexus, quam componenda grauius excitauit discidia plurima, quae progressa fusius aluit concertatione uerborum: ut cateruis antistitum iumentis publicis, ulro citroque discurrentibus pars modos quos appellant, dum ritum omnem ad suum trahere conatur arbitrium, rei uehiculariae succideret neruos: figura tali situ mem- *Res uehiculariae.* brorum subniger, luce oculorum elata, cernensque acutum, molli capillo, rasis adsi- due genis lucentibus ad decorum adusque pubem, ab ipsis colli confinis longior, breuissimis cruribus & incuruis, unde saltu ualebat & cursu, Polimito usque usus *Incurua crura.* est. Prope necessitudines eius uehebatur, eique uehiculo insidens, quod portabat reliquias, ut principibus solet, annonae militaris offerebantur indicia: ut ipsi nominant proba, & animalia publica saginabantur, & ex usu crescebant. Hoc usui ut alia similia, erat eidem Louiniano imperium quidem, sedebat & adsumet umbratile, ut ministro rerum funebrium pertinebat.

Polimitus.

AMMIANI MARCELLINI

RERVM GESTARVM LIBER
VIGESIMVS SECVNDVS.



DVM haec in diuersa parte terrarum fortunae struunt uolubiles casus, Iulianus inter multa, quae per Illyricum agitabat, extra rimabatur adsidue, auesque suscipiens praescire festinabat occidentium finem, sed responsis & obscuris haerebat futurorum incertus. Eique tandem aruspinae peritus Aprunculus Gallus orator promotus rector, postea Narbo nunciauit euentus inspectu iecoris, & aiebat ipsi praedoctus, quod *Extra rimae Iulianus.* operimento duplici uiderat tectum. Cumque ille timeret cupiditatis suae congruendi adfringerent, atque ideo mcestus omen multo praesentius ipse conspexit, quod excessum Constantij clare monstrabat. Eodem enim puncto, quo idem obierat in Sicilia, ipso milite, qui se incensurum, eod quod extra manu erexit, humique prostrato exclamauit, ilico audientibus multis, cecidisseque eum ad cultum & uelut fixa, tamen firmate consistens, intra terminos Daciae se continerebat, se quoque plurima pertimesces, nec enim cautum ducebat coniecturis credere forsitan in *Iecur operi- mento duplici tectum.* contrarium erupturis. Inter quae tam suspensa aduenere subito missi ad eum legati: *Coniecturis credere.* Theolaiphus atque Aligildus defunctum Constantium nunciantes, addentesque
N n 4 quod

quod eum uoce suprema successorē suæ fecerint potestatis. Qua re cognita post exemptos periculorū æstus, & bellicarū solitudinū turbas imminentes, elatus iamq; uaticinijs credens, & celeritatem negocijs suis aliquoties profuisse expertus, edixit iter in Thracias: motisq; signis emensa decliuitate Seuconorū Philippopolim petit cum Olimpiada ueterem alacri gradu, sequētib; quos duxerat cunctis: aduertebant enim imperium quod ereptum ibant, cum ultimorum metu discriminū præter spem ordinario iure concessum. Vtq; solet fama nouitates augere, properabat exemplo sublimiorū quondam, Triptolemi currum, quem ob rapidos circumgressus aëris serpentibus & pinnigeris fabulosa uetas imponit. Per quæ terras & maria formidatus, nullis obstantib; muris Heracleam ingressus est Perinthum. Quod apud Constantinopolim mox comperito, effundebatur ætas omnis & sexus, tanq; demissum aliquem uisura de cælo. Exceptus ergo tertio Iduum Decembriū uerecundis Senatus officijs, & popularium consonis plausibus, stipatusq; armatorū & togatorū agminibus, uelut acie ducebatur instructa: omnium oculis in eum non modo cōtuitu destinato, sed cum admiratione magna defixis. omen enim propius uidebatur, aduultum adhuc iuuenem exiguo corpore factis præstantem ingentibus, post cruentum regum & gentium, ab urbe in urbem inopina uelocitate transgressum, quaq; incederet accessione operum & uirium famæ instar, cuncta facilius occupasse, principatum deniq; deferente nutu cælesti absq; ulla publicæ rei suscepisse iactura. Breui deinde Secundo Salutio promotus præfecto prætorio summam quæstionum agitandarum, ut fido commisit, Mamertino, & Arbetione, & Agilione atq; Neuita adiunctis, itidemq; Iouino magistro equitum per Illyricum recens præfecto, qui omnes transgressi Calcedona præsentibus Iouianorum Herculianorumq; principibus & tribunis causas uehementius æquo bonoq; spectauerunt, præter paucas, ni uernitas reos nocentissimos offerebat, & Palladium primum ex magistro officiorū in Britannos exterminarunt, suspicionetenus insimulatum, quædam in Gallum cōposuisse apud Constantium sub eodem Cæsare officiorum esset magister. Dein Taurum ex præfecto prætorio in exilium egere Vercellum. Cuius factum apud iudices iustorūq; distinctores uideri potuit uini plenum. Quid enim deliquit, si ortum turbinem ueritatis ad tutelam principis sui confugit, & acta super eo gesta non sine magno legebantur horrore: cum id uoluminis publici cōtineret exordium cōsulatus Tauri & Florentij inducto sub præconibus Tauro. Ad exitiū itidem tale Pentadius trahebatur: cui id obiectum est, quod à Constantino missus noctis excepi, qua propinquante, princeps super multis interrogatus responderat Gallus. Sed cum se iuste defenderet, tandem abiit innoxius. iniquitate simili Florentius tunc magister officiorum, Nigriani filius contrusus est in syluam Dalmatiam Boas. alter enim Florentius ex præfecto prætorio consul. etiam cum rerum permutatione territus subita, cum coniuge periculis exemptus diu delituit, nec redire ante mortem potuit capitis crimine: tamen damnatus est absens. pari sorte Euagrius comes rei priuatæ, & Saturninus ex cura palatij, & Cirinus ex notario portati

Celeritatem
negocijs suis
profuisse.

Fama noui/
tates auget.

Serpentes
pinnigeri.

Iulianus ex/
ceptus plau/
sibus.

Iulianus exi/
guo corpore

Vercelli fa/
ctum uini
plenum.

Magister
officiorū.

portati sunt in exilium Vrsul. pro nece largitionum comitis. ipsa mihi uidetur
 fuisse iustitia, Imperatorem arguens ut ingratum. Cum enim Cæsar in partes
 mitteret occiduas omni tenacitate stringendus, nullaq; potestate militi quicq;
 donandi delata, ut pateret admotus asperior exercitus: hic idem Vrsulus datis
 literis ad eum, qui Gallicanos tuebatur thesauros: quicquid posceret Cæsar, pro
 culdubio cesserat dari. Quo extincto cum maledictis, execrationibusq; multo-
 rum Iulianus sentiret expositum impurgabile crimen, ex cura posse existimans
 absq; conscientia sua hominem adfirmabat occisum, præterdens. Quod enim
 militaris ira deleuit, memorq; dixerat, ut ante retulimus, cum Amidam uidisset
 excisam. Ideoq; timidus uidebatur uel parum intelligens quid conueniret, cum
 Arbetionem semper ambiguum & prætumidum his quæstionibus præfecisset,
 talis specietenus cum principijs legionum præsentibus, quem primū omnium salu-
 tis uenerat obiectum (ut decuit) uictoriam ciuiliū participē uictorē. Et quanq;
 hæc quæ uellimus, eius displicere fautoribus: sequentia tamē seueritatis recto
 uictore sunt gesta. Apud Emium enim exagere in rebus, quæ in Siluani necem
 & Galli effrenatus arsisse docuimus, Paulumq; notariū cognomēto Cathenā
 eum multorum gemitū nominandum, uiuos, qui sperari debuit, oppressit euen-
 tus. Eusebium super his, cui erat Constantiniani thalami cura cōmissa, alte spi-
 rantem addixere, & dirum pœna letali, quæ ab ima forde adusq; iubendum Im-
 peratoria penè elatum. Ideo intolerabilem, humanorum spectatrix Adrastia, au-
 rem (qd' dicitur) uellens, monensq; ut castigatius ueniret, reluctante præcipite
 tanq; e rupe quadam ægit excelsa. Conuersus post hæc princeps ad Palatinos
 homines omnino qui sunt, quicq; esse possunt, non ut philosophus indagandæ
 ueritatis professor. Laudari enim poterat, si saltē moderatos quosdam licet pau-
 cos retinuisset, morumq; probitate compertos. Nanq; fatendum est plerumq;
 eorum partē uictorum omnium seminariū fuisse aluisse, ita ut remp. inficeret cupidi-
 tatibus prauis: plusq; exemplis, q̄ peccandi licentia læderent multos. Pacti em̄
 ex his quidā templorum spolijs & lucra ex omni odorantes occasione, ab egestate
 infirma ad saltum sublatis diuitiarum ingentium, nec largiendi, nec absumendi
 tenere aliquem modum, aliena inuadere semper aduofacti. Vnde fluxioris
 uitæ initia pullularūt, & periuria, & nullius existimationis respectus, demensq;
 superbia fidem suam probrosis quæstibus polluebat. Inter quæ eluuiēs & gur-
 gites eruere prærupti conuiuiorū, & pro uictualibus epulares triumphī, ususq;
 abundantis serici, & textiles auctæ sunt artes, & culinarum sollicitior cura, & am-
 bitiosa ornatarum domorum exquisita sunt spatia: quorum mensuram si in agris
 consul Quintius possedisset, amiserat etiam post dictaturam gloriam pauper-
 tatis: quibusdam maculosis accessere flagitijs disciplina Castrensis, cum miles
 cantilenas meditaret pro iubilo meliores: & non saxum erat, ut antehac, arma-
 to cubile, sed pluma & flexilis lectuli, & grauiora gladijs pocula. testa enim bi-
 bere iam pudebat, & quærebantur ædes marmoreæ, cum scriptum sit antiqui-
 ratibus Spartanum militem coercitum acriter, quod procinctus tempore ausus
 sit uideri sub tecto. Adeo autem ferox erat in suos illis temporibus miles & ra-
 pax,

Largitionū
comes.
Mihī uidet
fuisse iustitia.

Impurgabi-
le crimen.

Paulus Ca-
thena.

Adrastia
humanorum
spectatrix.
Palatini ho-
mines.

Lucra odor-
rantes.

Fluxioris
uita.

Gurgites
conuiuiorū.

Sollicitior
cura.

Grauiora
gladijs
pocula.

Aurem
uellens.

Testa bi-
bere iam
pudebat

pax, ignauus uero in hostes & fractus, ut præ ambitione sociumq; opibus partem auri lapillorum uarietates discerneret scientissime, quam recens memoria tradidit. Notum est enim sub Maximiano Casare, uallo regis Persarum direpto, Gregarium quendam scutum Parthicum, in quo erant margaritæ, repertum, pro iectis imperitia gemmis, abisse pellis nitore solo contentum. Euenerat itidem diebus, ut comendum Imperatoris capillum tonsor uenire præceptus introiret quidam ambitiose uestitus. Quo uiso, Iulianus obstupuit. Ego, inquit, non rationalem iussi, sed tonsorem acciri. interrogatus tamen ille, quid haberet ex arte compendij, uicenas diurnas respondit annonas, totidemq; pabula iumentorum: quæ uulgo dictitant capita, & annuum stipendium graue absq; fructuosis petitionibus multis. Vnde motus omnes huiusmodi cum cocis, militibusq; alijs eadem accipere penè cõsuetos, ut parum sibi necessarios, data quò uelint eundi potestate, proiecit. Et quanq; à rudimentis pueritiæ primis ac inclinior erat erga numinũ cultum, paulatimq; adolescens desyderio rei flagrabat multa metuens, tamen agitabat quædam ad deum, uel ad rem pertinentia, quantum fieri poterat occultissime. Vbi uero adoleuit, nec quem uerebatur adesse sibi liberum tempus faciendi quæ uelit aduertens, pectoris patefecit arcana, & planè absolutisq; decretis, operiri templa arisq; hostias admouere Deorum statuit cultum. Vtq; dispositorum roboraret effectum, dissidentisq; Christianorum antistites cum plebe discissa in palatium intromissos monebat, ut ciuilibus discordijs consopitis, quisq; nullo uetante reginæ suæ seruiret intrepidus: quod agebat adeo obstinate, ut dissensiones augente licentia non timeret unanimitate: postea plebem, nullas infestas hominibus bestias sunt sibi feralibus pleriq; Christianorum expertis, sæpe quæ dictabat, audite me quem Alemanni audierunt & Franci: imitari putans Marci principis ueteris dictum, sed parum aduertit hoc ab eo nimium discrepare. Ille enim cum Palestinam transfret Aegyptum petens, contentium Iudæorum & tumultuantium sæpe tædio percitus, dolenter dicitur exclamasse, Marcomani, o Quadi, o Sarmatæ, tandem alios uobis inertiores inueni. Per hoc idem tempus rumoribus exciti uarijs, Aegyptij uenere complures, genus hominum cõtroersum & adsuetudine perplexius litigandi semper latissimum, maximèq; auidum multiplicatum reposcere, si compulsori quicq; dederit, ut leuari debito possit, uel certe commodius per dilationem interea dum flagitantur, aut criminis uitandi formidine, diuites pecuniarum repetundarum interrogare. Hic Comites, dein ipsum unum principem & præfectos pratorio gracculorum more strepentes interpellabant: incondite modo nõ ante septuagesimum annum extorquentes quæ dedisset, & iure uel secus plurimis adfirmabant. Cumq; nihil aliud agi permitterent, edicto proposito, uniuersos iussit transire Calcedona, pollicitus quod ipsi quoq; protinus uenirent, tum & eorum negocia facturos. Quibus transgressis mandatum est nauigiorum magistris ultro citroq; discurrentium, ne quis transfretare auderet Aegyptum. hocq; obseruato, cura propensiore euauit pertinax calumniandi propositum, & omnes spe præsumpta frustrati redierunt in lares, unde uelut æquitate ipsa dictante, lex est

Gregarius.

Quisq; reginæ suæ seruiret.

Alemanni.
Dicitur Marci principis, Fortentes Iudæi.
Vobis inertiores inueni

Auidi litigandi Aegyptij.

Gracculorum more strepentes.

Factum facete.

lex est promulgata, qua cauetur nullum interpellari suffragatorē super his, quae eum recte constiterit accepisse. Adlapso itaq; Calendarum Ianuariū die, cum Mamertino & Neuita nomina suscepisset pagana consulari, humilior princeps uisus est in officio pedibus gradiendo cum honoratis: quod laudabant alij, quidam ut affectatū & uile carpebant. Dein Mamertino ludos ædente Circenses, manumittendis ex more inductis, per admissionum proximum ipse lege agi ductus dixerat (ut solebat) statimq; admonitus iurisdictionē eo die ad alterū pertinere, ut iterato obnoxiam Decembris auroram & ipse mutauit. Frequentabant inter hæc curiam agere diuerso, diuersasq; diuisiones multiplices ingerebant. Et cum die quodam causa ei sibi spectanti uenisse nunciatus esset ex Asia philosophus maximus, exiliuit indecore, & qui esset oblitus, effuso cursu, à uestibulo longe progressus, & osculatum susceptumq; reuerenter secum induxit, per ostentationem intempestiuam nimius captator inanis gloriæ uisus, prædicator illius dicti immemor Tulliani, quo tales notando ita relatū. Ipsi illi philosophi etiam in his libris, quos de cōtemnenda gloria scribunt, nomen suum scribunt: ut in eo ipso quod prædicationem nobilitatemq; despiciunt, prædicari de se ac se nominari uelint. At multo deinceps duo agentes in rebus ex his, qui proiecti sunt, eum adiere uehementius promittentes latebras monstrare Florentij, si eius gradus militiæ redderetur: quos incessens delatoresq; appellans, addebat non esse imperatorū obliquis flecti iudicij ad retrahendum hominē mortis metu absconditū, qui forte non diu latitare circa spem uitæ permitteretur. Aderat his omnibus Prætextatus præclaræ indolis, grauitatisq; priscae senator, ex negotio, pprio forte repertus apud Constantinopolim quasi in arbitrio suo Achaia proconsulari potestate. Nec tamen cum corrigendis ciuilibus ita diligenter instaret, omisit castrensia, rectores militibus diu exploratos, urbes quin etiam per Thracios omnes cum monumentis reparans extimis, curansq; sollicite ne arma uel indumenta, uel stipendium, uel alimenta deessent his, quos superciliosa histri dispersos, excursibusq; Barbarorū oppositis agere uigilanter augebat ferocior. Quæ cum ita diuideret, nihil segnius agi permittens suadentibus proximis, ut aggredieretur propinquos Gotthos saepe fallaces & perfidos, hostes quærere se meliores aiebat. Illis enim sufficeret mercatores Galatas, per quos ubiq; sine cōditionis discrimine uenundantur. hæc eum curantem, & talia commendabat externis nationibus (ut fama est) fortitudine sobrietatēq; rei militaris scientia, uirtutēq; omniū incrementis excelsum, paulatimq; prægrediens ambitū oppulerat Medorū. Proinde timore eius aduentus per finitimos longēq; distantes latius explicatae legationes undiq; sollicite ad eum cōcurrebant. hinc Transstigitanis pacē obsecrantibus, & Armenijs, inde nationibus Indicis certatim cū donis optimates mittētib; ante tempus adusq; diuisisset serendi ius ab Australi plaga, ut famulandum rei Romanæ semet offerētibus Mauris ab Aquilone & regionibus Solis, per quas in mare Phasis accipit, Bosphoranis alijsq; antehac ignotis legationes uehementibus supplicijs, ut annua complentes solennia intra terrarū genitalium terminos ociose uiuere sinerent. Adpositū est (ut existimo) tempus

Pedibus
gradiebatur
princeps.
Mamertino.

It obuius
philosopho.

Captator in
anis gloria.

Non effugit
peratorum,
latentē pro/
trahere.

Gotthi
fallaces.

Sobrietate
excelsus.

Transstigi
tani.

Terræ ge
nitalis.

tempus ad has partes nos occasione magni principis deuolutos super Thraciarum extimis, situq; Ponticis in his uisa uel tecta quaedam perspicua fide monstrare. Athos in Macedonia mons ille præcelsus nauibus quondam medicis peruius & Caphareus Euboicus scopulus, ubi Nauplius Palamedis pater classem concidit Argiuam, licet longo spacio controuersam. Thessalitis cingitur Aegeum, quod paulatim fufius adolescens dextra qua late protendit per Sporadas est insulosum: atq; Cycladas ideo sic appellatas, quod omnes ambiunt, Delon patriam deorum insignem: Leua Embrum & Tenedum circumluens, & Lemnum & Taxum quanto perflatur, Lesbo inliditur uiolentius. Vnde gurgitibus fluminis Apollinis, Sminthij templum, & Troada perstringit, & Ilium heroicis casibus darū, efficitq; Melana sinum oppositū Zephyro, cuius apud principium Abdera uisitur Prothagoræ domiciliū & Democriti, cruentaq; Diomedis Thracij sedes, & conualles per quas Hebrus sibi miscetur, & Macrone tenuis, qua diris auspicijs cœpta moxq; relicta ad Ausoniam ueterem ductu numerinum properauit Aeneas. Hinc graciliscens paulatim, & uelut naturali quodā commertio ruens in pontum, eiusq; partem adfiguratam in speciem. φ. literæ cæli & terræ formatur, & in Hellesponto à Rhodo ascendens Cynosema, ubi sepulta creditur Hecuba, & Coelan præterlabitur & Seston, & Callipolin, contra per Achillis Aiakisq; sepulchra Dardanum contingit & Abidon, unde iunctis pontibus Xerxes maria pedibus peragrauit. Dein Lampacū Themistocli dono datam à rege Persarum, & Parion quam condidit Iasionis filius Paris, unde semiorbe turgescens, altrinsecus latq; apertens terrarum diuortia, circumfluis spacijs Propontidos respergit. Ex eo latere Cizicum & Dyndima religiosa matris magnæ delubra, & Apamiam Cinumq; ubi Hilam sequuto tempore Nicomediam à rege cognominatam, qua in occasum procedit, Cherronesum pulsat & Egos potamus. In quo loco lapides casuros ex cælo prædixit Anaxagoras. & Lysimachiam, & ciuitatem quam Hercules conditam Perinthum Comitibus sui memoriæ dedicauit, & ut effectæ plenæq; φ. literæ figura eruetur in meditullio ipsorum undicatis Proconnesus insula est oblonga & Belbinicus, post cuius summitatem in angustias rursus extenuatum, Europam & Tythimam intercurrentes per Calcedona, Chrysopolim & Stationem transobscuras. Nam supercilia eius sinistra Carbiletis portus despectat & Selymbria, & Constanti-nopolis uetus Byzantium Atticorum colonia, & promontorium Ceras prælucentem nauibus uehens constructam celsius turrim, quapropter Pharos appellatur, uetus inde fons Euripis prægelidus hoc modo fractum ex participatione maris utriusq; finitus, iamq; mitescens in æquoream panditur faciem, quantum potest cadere sub aspectum late diffusum & longe. Omnis autē eius uelut insularis circuitus littorea nauigatio uigintitribus dimensa millibus stadiorum, ut Eratosthenes adfirmat, & Hechateus, & Ptolemæus, alijq; huiusmodi cognitionum scientissimi scitatores, speciem Scythici arcus neruo coaugmentati geographiæ totius adensione formatus. Et quia sol Oceano exurgit, eo à paludibus clauditur Mæotides, qua declinante uespera, ultromanus prouincijs terminatur,

Extima.

Nauplius
ultor.Sporadas.
Cyclades
undecApollo.
Sminthius.
Ilium.Abdera De/
mocriti.Graciliscens
paulatim.

Cynosema.

Pontes
Xerxis.
Lampacum
Themistocli
donatam.
Parion.

Egos fluius?

Proconnesus

Constanti/
nopolis By/
zantium.Dyndi/
ma,

natur, unde suspicit sydus Arctoum, homines alij linguis & moribus dispares. Latus eius Austrinum molli uexitate subductum. Per hæc amplissima spacia oppida sunt dispersa Græcorū: quæ cuncta ætatibus uarijs, præter pauca, Atheniensium coloni condidere Milesij in Ionas, aliàs in Asia per Nileum ante locata, Codri illius filium, qui se pro patria bello fertur Dorico deuouisse. Extremitates autem arcus utrinq; tenues duo exprimunt ora propriae regiones, ibi oppositi Thracius Cymerius hac causa Bosphori uocati, quod per eos quondam Inachi filia mutata, ut Poëta loquunt, in bouem, ad mare Ionium permeauit. Dextrum igitur ad Maotim Bosphori Thracij excepit Bythinia lacus, quæ ueteres dixere Migdoniam, in qua Thynia & Mesembria sunt regiones, & Amyci Bebrycia Bebrycis exempti uirtute Pollucis remota, quæ Thracia, in qua uolitantés minaciter Arpyas Phineus uates horrebat: per quæ littora in sinus oblongos curuatus Sangarius & Sulis, Bizes & Rhæbas fluij fundunt in maria, quibus cõtrouersæ extraneæ sunt Symplegades, gemini scopuli in uertices undiq; porrecti, diruptis aduerti priscis sæculis obuiam sibi cum horrendo fragore conlisis molibus ferri, cadentesq; retrorsus acri adsultu ad ea reuerti quæ pulsarant. Per has saxorum dehiscientium cõcurfantiumq; crebritates, si etiam ales interuolasset, nulla celeritate pinnarum eripi poterat, quin interiret oppressa. hi scopuli cum eos Argo prima omnium nauis Colchos ad direptionem aurei properans uelleris, præterisset innoxia, immobiles turbine circumfracto steteret torporati, ut eos aliquando fuisse diremptos nulli nunc cõspicantium credant, nisi super hoc congruerent omnes priscorum carminum cantus, post Bythinia partem prouinciae Pontus & Paphlagonia protenduntur, in quibus Heraclea Synope & Polemonion & Amyfos amplæ sunt & ciuitates Enos & Amastris, omnes ab auspicio diligentia fundatae Græcorum: & Cerasus, unde aduexit huiusmodi poma Lucullus: insulæq; arduæ Traperunta & Theodosia, continentes oppida nõ obscura. Ultra hæc loca Acherusium specus est, quod accolæ Fumeum appellant, & portus Aconæ fluij Coralius Acheron, qui Archadius & Iris & Tembrius, & iuxta Parthenius, omnes in mare ictu rapido discurrentes. Thermodon his est proximus, ab Armonio defluens mōte, & Themiscyreos interlabens lucos. ad quos Amazonas quondam migrare necessitas subegerat talis: ad tritis damnorum adsiduitate finitimis, Amazonas ueteresq; eoruentes populabantur incurisibus altiora spirabant, uiresq; suas circumspectantes his, quæ propinqua sapius adpetebant ualidiores raptæ præcipiti cupiditatis ardore, perruptis nationibus plurimis manus Atheniensibus intulerunt: acricq; concertatione effusæ disiectæq;, omnes nudatis equitatus sui lateribus conuere. Harum interitu cognito, residuæ imbelles domi relictæ extrema perpressæ uicinitatis, & repensantis similia funestos impetus, declinant ad pacatorum sedem transire Thermodontis. quarum progenies longe deinde propagata per numerosam sobolem manu firmissima ad loca reuertet genitalia. Sequuto tempore populus diuersarum originum formidabilis, haud procul inde attollit. Carambis placidi collis contra septentrionem Elicen exurgens, cuius è regione est

Oo Chremetopon

Colonia
Atticorum.
Codrus.

Migdonia.
Amycus.
Bebryx.
Arpyæ.

Symplegades.

Argo.

Cerasus unde
de Lucullis

Thermodō.
Themiscyri
luci ubi
Amazones.

Genitalia
loca.

- Chreme-
topon. Chremetopon Taurica promontorium, duobus millibus & quingentis stadijs
disparatum, hocq; ex loco omnis ora maritima: cuius initium Halis est amnis,
uelut longitudine lineali directa, nerui efficit speciem, duabus arcus summitati-
bus complicati. His regionibus Dahæ confines sunt acerrimi omnium bellatores
Dahæ.
Chalybes. & Chalybes, per quos erutum & domitum est primitum ferrum. Post quos terras
patentes Byzares obtinent, & Tapires, & Tihareni, & Mossincci, & Macrones
Phylires.
Idmon. & Phylires, populi nulla nobis assuetudine cogniti, à quibus breui spacio distant
Typhis. uirorum monumenta nobilium, quibus Sthelenus est humatus, & Idmon, &
Typhis primus Hercules socius Amazonico bello letaliter uulneratus, alter au-
gur Argonautarum, tertius eiusdem nauis cautissimus rector. Prætercurtis parti-
bus memoratis, aliorum sunt fluuenta Callichori ex facto cognominati, quod
Callichorō. superatis post triennium Indicis nationibus, ad eos tractus liber uersus circa
huius ripas uiridis & opacas, Orgia pristina reparauit & Choros, Trieterica
Chori.
Trieterica. huiusmodi sacra quidam existimant appellari. Post hæc confinia Comaritarum
pagi sunt celebres, & Phasis fremibundis cursibus Colchos attingit Aegyptio-
rum antiquam sobolem. ubi inter ciuitates alias Phasis est nomine fluuij dicti-
Phasis ciui-
tas & fluuij.
Dioscorias. tata & Dioscorias, nunc usq; nota: cuius autores Amphitus & Telchius Spar-
Aurigæ Cas-
storum, tani traduntur, aurigæ Castoris & Pollucis, quibus Henocorum natio est institu-
ta. Paulum ab his secerunt Achei, qui bello anteriore quodam apud Troiam
consumato, non cum super Helena certaretur, ut autores prodidere nonnulli, in
Pontum reflantibus uentis errore delati. cunctisq; hostibus stabilem domicilij
sedem nusquam reperientes, uerticibus montium insidere semper niualium, &
horrore cæli districti, annum sibi uictum peculijs rapto parere aduofacti sunt.
Atq; eò ultra omnem deinde ferociam sauerunt, super Cercetis, qui hisdem
adnexi sunt, nihil memoratu traditur dignum. Quorum post terga Cimerici agi-
Cimerij
incola. tant incolæ Bosphori, ubi Milesiæ sunt ciuitates. Harumq; uelut mater omnium
Panticapeum. Panticapeum, quam per Gegithiphanus fluuius geminis intumescens aquis, &
extremis itineribus hinc extensis, Amazones aduq; Caspium mare porrectæ
Tanais. circumcolunt, Tanain qui inter Caucasias oriens rupes, per sinuosos labitur cir-
cumflexus: Asiamque determinans ab Europa in stagnis Mæoticis delitescit:
Rha fluuius huic Rha uicinus est amnis, in cuius supercilijs quædam uegetabilis eiusdem
nominis gignitur radix proficiens ad usus multiplices medelarum. Ultra Tanain
Sauromatæ panduntur in latitudinem Sauromatæ, per quos amnes fluunt perpetui Me-
notharus & Embolus, Teriodes & Termedon, Lagous, & alia quoq; distant
immanibus interuallis. Sauromatarum prætenditur natio littori iuncta, quod
Mæotis. Coracen suscipiēs fluuium, in æquor eiecat extremum. Prope palus est Mæotis
Patares. amplissima circumgressus, ex cuius uberrimis uenis per Patares angustias un-
darum magnitudo prorumpit in Pontum: cuius in dextro latere insulae sunt
Phanagorus, & Hermonassa studio constructæ Græcorum. Circa hæc stagna
ultima extimæque plures habitant gentes, sermonum institutorumq; uarietate
dispariles, Zamareni & Mæotæ, & cum Gelonis Agathyrsi, apud quos Ada-
mantis est copia lapidis, alijq; ultra Tamyraci, quod sunt omnium penitissimi.
Sed

Sed Maxotidos lateri leuo Cheronessus est propinqua coloniarum plena Græcarum. Vnde quieti sunt homines & sedati adhibētes uomeri curam, & prouentibus fructuarijs uictitantes. A quibus per uaria regna deducti itineribus modicis Tauri dissociant: Inter quos immani diritate terribiles Erinthi, & Sinchi, & Napei intendente sæuiciam licentia diuturna, indidere mari nomen inhospitali, & à contrario per cauillationē pontus Euxinus appellat, ut Euethen Græci dicimus stultum, & noctem Euphronen, & furias Eumenidas. Deus enim ostiis litantes humanis & immolantes aduenas Dianæ, quæ apud eos dicitur Orsiodia, cæforū capita phani parietibus præfigebant, uelut fortium perpetua monumēta Faunorū. In hac Taurica insula Leucæ sine habitatoribus ullis Achilli est dedicata. In quam si fuerint quidam forte delati, uisis antiquitatis uestigijs, temploꝝ & donarijs eidem heroi consecratis, uespero repetunt naues. aiunt em̄ nō sine discrimine uitæ illic quenquam pernoctare. ibi & aquæ sunt, & candidæ aues nascuntur Alcyonibus similes: super quarū origine Hellespontiacis prælijs tempore differemus. Sunt autem quædam per Tauricam ciuitates. Inter quas est Eupatoria, & Dandace, & Theodosia, & minores aliæ nullis humanis hostijs impiatæ. Hactenus arcus apex protendi extimat: eius nunc residua leniter sinuata, subiectaꝝ urfæ cælesti adusq; Caspias portas articulatus ut ordo postulat, exequamur: id admonentes, quod cum arcus omnium gentium flexis curuant hæstilibus, Scythici soli uel Parthici circumductis utrinq; introrsus pedibus & patulis cornibus effigiem lunæ decrescētis ostendunt, medietatem resecta & rotunda regula diuidere. Ergo in ipso huius cōpagis exordio, ubi Riphei deficiunt, omnes habitant Arimalpi iusti homines, placiditatēq; cogniti: quos omēs Chonius & Bisula præterfluunt, iuxtaq; Massageta, Halani, & Sarmatæ, alijsq; plures obscuri: quorum nec uocabula nobis sunt, nec mores. Interiectu deinde non mediocri Carcinites panditur sinus, eiusdemq; nomine fluuius, & religiosus per eas terras Triuuia lucus. Dein Borysthenes à montibus orientis Neurorum primigenijs fontibus copiosus, concursuq; multorū amnium adulescens mari præruptis undarum uerticibus intimatur: cuius in marginibus nemorosus Borysthenes est ciuitas, Cephalonesus ætate Alexandro Magno, Cæsariq; Augusto sacratæ. longo exinde interuallo penè est insula, quam incolunt Sindi ignobiles post Herdes in Asia casus coniugijs potiti dominorū & rebus quibus subiectum gracile littus Dromos Achileos uocant indigenæ: Dromon exercitus ducis quondam Thessali memorabilem, eiq; proxima est ciuitas Tyros colonia Phœnicum, quam præstringit fluuius Tyras. In medio autē spacio arcus, quod prolixæ rotunditatis esse prædiximus: quodq; expedito uiatori diebus conficitur quindecim. Europei sunt Halani, & Costobocæ, gentesq; Scytharum innumera, quæ porriguntur adusq; terras sine cognito sine distentas: quarum pars exigua frugibus alitur, residua omnes palantes per solitudines uastas, nec stiuam aliquando, nec sementem expertas, sed squalentes & pruinosas ferarum è tetro ritu uescuntur, eisq; caritates & habitacula, uilesq; supellectiles plaustris impositæ sunt corticibus tectis: & cū placuerit sine obstaculo migrant.

Cheronessus ubi.
Sedati homines.
Tauri.

Euxinusa contrario.
Euethes stultus.

Taurica insula Achillis

Arcus Scythici & Parthici.

Carcinites sinus.
Borysthenes fluuius.
Primigenij fontes.

Tyros.

Habitacula in plaustris.

eodem carpenta, quo libuerit cōuolentes. Cum autē ad alium portuosum ambitum fuerit uentum, qui arcus figurā determinat ultimā penē, prominet insula: quam circumcolunt Troglodytæ & Peuci, mitioresq; aliæ gentes, & Histros quondā potentissima ciuitas, & Tomi, & Appolonia, & Anchialos, & Odisfos: alia præterea multa, quas littora continent Thraciarū. Amnis uero Danubius oriens ppe Rauracos montes, limitibus Rheticis per latiorē orbem protentus, ac sexaginta nauigabiles penē recipiens fluuios, septem ostijs per hoc Scythicū lætus erupit in mare: Quorū primū est Peuce insula supradicta, ut interpretata sunt uocabula græco sermone: secundū Naracustoma, tertium Calostoma, quartum Pseudostomon. Nam Boreostoma ac deinde Stenostoma longe minora sunt cæteris. Septimū genus est palustri specie nigrum. Omnis autē circumfluo ambitu pontus, & nebulosus est dulcior æquoribus cæteris & uadofus, qd' concreseat latex humorū spiramine sæpe tensus, & irruentium undarū multitudine temperat, & cōsurgit in breuia tortuosa, limum, globosq; aggerēte multitudine circumuenientū fluentorū. Et constat ab ultimis nostri finibus maris agminatim ad hunc secessum pariēdi gratia petere pisces, ut aquarū suauitate salubrius foetum educant, nec intercipient, anicula sunt ibi securi uoracium beluarū trucissima: nihil enim in ponto huiusmodi aliquādo est uisum, præter innoxios Delphinas & paucos. Quicquid autem eiusdem pontici sinus Aquilone ceditur & pruinis: ita perstringit gelu, ut nec annium cursus subteruolui credant, nec per infidum & labile solum gressus hominis possit uel iumentum firmari: quod initū nunq; mare syncerū, sed permixtū aquis amnicis tentat. Prolati aliquantorsum longius q̄ speramus, pergamus ad reliqua. Accesserat aliud ad gaudiorū præsentium cumulum diu quidem speratum, sed dilationū ambage multiplici tractum. Nunciatū est enim per Agilonem & Iouium postea quæstorē Aquileiæ defensores longe obsideri: Et adio cognitōq; Constantis excessu, patefactis portis egresso, autores prodidisse turbarū, isdemq; uiuis exustis, ut supra relatum est, omnes cōcessionem impetrasse delictorū & ueniam. At prosperis Iulianus elatior ultra homines iam sperabat periculis expertus adsiduis, quod ei urbem Romanā placita iam regente, uelut mundanā eorum copiam fortuna gestans propicia cuncta, gloriosa deferebat, & prospera antegressis uictoriarum titulis, hæc quoq; adijciens, quod dum teneret imperiū solus, nec motibus interius est conatus, nec Barbarorū quisq; ultra suos exiliuit fines. populi omnes auiditate semper infectari præterita, ut damnosa & noxia in laudes eius studijs miris accendebant. Omnibus igitur, quæ res diuersæ posebant, & tempora perpensa deliberatione, dispositis & militibus orationibus crebris, stipendiōq; cōpetenti, ad ea expedienda incitent promptius animos cunctorū fauore sublimis, Antiochiam ire contendens, reliquit Constantinopolim incrementis maximis fultam: natus enim illic diligebat eam, ut genitalem patriam & colebat. Transgressus itaq; Euphraten celsam Calcedonā & Libyssam, ubi sepultus est Hannibal Pænus, inde Nicomediam uenit urbem antehac indytā: ita magnis retro principum amplificatam impensis, ut ædium multitudine priuatarū & publicarum

Tomi.
Anchialos.
Danubius.

Peuce.
Nomina
ostiorum
Danubij.

Pontus
dulcior.

Pisces agmi-
nati in pō-
tum.

Nihil noxiū
in ponto.

Aliquan-
torum.

Diligebat
Constan-
tinopolim
ut genitalem.
Hannibal
situs in Li-
byssa.

Nicome-
dia.

recte

recte noscētibus, regio quædam urbīs æstimaretur æterne. Cuius mœnia cum uidisset in fauillas miserabiles confedisse, angore animi tacitis fletibus indicans, pigriori gradu pergebat ad regiam: hoc maxime erumnis inlachrymans, quod ordo squalens occurrit populi nimium quantū antehac florētissimus: & agnoscebat quosdā ibidem ab Eusebio ducatos episcopo, quos genere longius contingebat, hic quoq; pari modo ad reparanda quæ terræ subuerteret tremor, ab unde præstito plurimis per Niceam, uenit ad Gallogræciæ fines, unde dextrorsus itinere declinato, Pessimunta conuertit, uisurus uetusta matris magnæ delubra. A quo oppido bello Punico secundo, carmine Cumano monente, per Scipionem Nasicam, simulacrū translatum est Romam. Cuius superaduentū in Italiam, pauca cum alijs huic materiæ cōgruentibus in actibus Cōmodi principis digessimus per excessum: t̄pobrem autē hoc nomine oppidum sic appellatum, uariant rerum scriptores. Quidam enim figmēto Deæ cælitus lapsa quod cadere nos dicimus, urbem adseruere cognominatā. Alij memorant illum Trois filium Dardaniæ regem, uel locum sic appellasse, Theopompus nō illum tetigisse, sed Midam affirmat, Phrygiæ quondā potētissimus regem. Venerato igitur numine hostijsq; litato, & uotis Anticiram reddit, eumq; exinde progredientē ulterius multitudo inquietabat, pars uiolenter erepta reddi sibi poscens. Alij quærentes consortijs securitatū adictis iniuste nōnullis sine respectu periculi agentes adusq; rabiem, & aduersarios suos læsæ maiestatis criminibus inligarent. Verū ille iudicans casus tristiores & litigia, caularū momenta æquo iure perpēdens, sua cuiq; tribuebat nusq; à uero abductus, acrius in calumniatores exurgens, quos oderat, multorū huiusmodi petulantē sæpe dementiam adusq; discrimē expertus: dum esset adhuc humilis & priuatus, exemplūq; patientiæ eius in tali negotio, licet sint alia plurima, id unum sufficit poni. Inimicū quidā suum cum quo discordabat asperrime dixisse in maiestātē turbulentius deferebat. Imperatorēq; dissimulante, eadem diebus cōtinuis replicans. Interrogatus ad ultimū, qui esset quē argueret: respondit, municipem locupletē. Quo audito, princeps renidens. Quibus indicijs ait, ad hoc peruenisti? Et ille purpureum, inquit, sibi indumentū ex serico pallio parat usq; post hæc ut uilis arduæ rei uilem incusans abire, tacitus & innoxius nihilominus instabat. Quod tædio Iulianus defatigatus ad largitionū comitem uisum propius, iube, inquit, periculoso garritu pedum tegmina dari purpurea ad aduersariū perferenda: quē ut datur intelligi, chlamydem huius coloris memorat sibi confarcinasse: ut sciri possit sine uiribus maximis, quid pannuli proficiant lenes. Sed hæc laudanda & bonis moderatoribus æmulanda: ita illud amarū & notabile fuit, qd' ægre sub eo curialibus quisq; adpetitus, licet priuilegijs & stipendiorū numero, & originis penitus alienæ fortitudine communitus obtinebat æquissimum, adeo ut pleriq; territi emergarent molestias precijs clandestinis, itineribus itaq; emēsis cum ad Pylas uenisset, qui locus Cappadocas discernit & Cilicas, osculo susceptum rectorem prouinciæ nomine celsum. Iam inde à studijs agnitū Atticis, adscitūq; in consensum uehiculi Tarsum secum induxit. At hinc uidere properans Antiochiam

Delubra pef
simuntica.

Figmentū
Deæ.
Vnde nomē
Pessimontis.
Midam.

Anticira.

Adusq; rabiem.

Suum cuiq;
tribuetur.

Exemplum
patientiæ Iu
liani.

Quibus
indicijs.

Confarci
nasse chla
mydem.
Æmulanda

Pylas.

Antiochia orientis apex. orientes apicē pulchrū, usus itineribus solitis uenit, ubiq; propinquans in speciē alicuius nominis uotis excipit, publicas miratus uoces multitudinis magnæ, salutare sydus induxisse Eois partibus adamans. Euenerat autē hisdē diebus annuo cursu completo Adonia ritu ueteri celebrari, amato Veneris, ut fabulæ fingunt, apri dente ferali deleto, qd' in adulto flore sectarū est indicium frugum, & uisum est triste, qd' amplam urbem primū domiciliū introeunte Imperatore, & nunc primū ululabiles undiq; planctus & lugubris sonitus audiebantur, hic patiētia eius, & lenitudinis documentū lene quidē apparuit. Sed mirandū Thalassium quendā & pximo libellorū insidiatorē fratri federat Galli, quo adorare adesse officium inter honoratos prohibito aduersarij, cum quibus litigabat in foro, postridie turba cōgregata superflua, adito Imperatore, Thalassius clamabat: inimicus pietatis tuæ nostra uiolenter eripuit: Et ille hac occasione hominem opprimi posse cōsciens agnosco. Respōdit: quē dicitis offendisse me iusta de causa, & silere uos interim cōsentaneum est? Dic mihi inimico potiori faciat satis. Mandauitq; adfidenti præfecto, ne audiret eorū negociū anteq; ipse cum Thalassio rediret in gratiam, quod breuī euenit. Ibi hyemans ex sentētia nullis interim uoluptatibus potiebat inlecebris quibus abundant Syria omnes, uerū per speciē quietis iudicialibus causis intentus, nō minus q̄ arduis bellicisq; quibus distrahebat multiformib⁹ curis exquisita docilitate librans, quibus modis suum cuiq; tribueret. Iustisq; sententijs & improbi modicis coarcent supplicijs fortunis defenderent, erat intactus. Et quantū in disceptando aliquoties intempestius, quid quisq; iurgantium coleret tempore alieno. Interrogatus tamen nulla eius diffinitio litis à uero dissonans reperitur, nec arguunt quā potuit religionem, uel quodcunq; aliud ab æquitatis recto tramite deuiasse. Iudiciū enim hoc est optandum & rectum, ubi per uaria negociorū examina, iustum id est & iniustum, à quo ille ne aberraret, tanq; scopulos cauebat abruptos. hoc autem ideo adsequi potuit, quod leuitatem agnoscens cōmotionis ingenij præfectis, proximisq; permittebat, quari subinde de delictis, & gaudere correptione. Cumq; eum defensores carum, ut conscium rationis perfectæ, plausibus maximis celebraret, fertur id dixisse, promotus gaudebam planè præ me quē efferebam, si ab his laudarer, quos & uituperare posse aduerterē, si quid secus factum sit aut dictum: sufficit autē pro multis, quæ clementer egit in litibus cognoscendis, hoc eum ponere, nec abhorrens à proposito, nec absurdum. Inducta in iudiciū scēmina quædam, cum Palatinū aduersariū suum in numero protectorū cinctum præter spem cōspexisset, hoc factum insolens tumultuando quærebat & Imperator, Prosequere ait mulier, si quid te iam existimas: Hic em̄ sic cinctus est, ut expeditus per lutum incedat: parum nocere tuis partibus potest, & æstimabatur per hæc & similia, ut ipse dicebat adfidue: uetus illa iustitia, quam offensam uitijs hominū aratus extollit in cælum, imperate eo reuersa ad terras, in quædā suo ageret nō legum arbitrio, erratisq; aliquoties obnubilaret gloria/ Obnubilaret.
 rum multiplices cursus. Post multa em̄ etiam iura quædam correxit in melius ambagibus circumcis, indicantia liquide quid iuberent fieri, uel uetarent. Illud autem

Ululabiles planctus. Documentum lenitudinis lul.

Syria copia uoluptatū

Nulla diffinitio litis.

Clementiæ exemplum.

Iustitia reuersa ad terras. Iura correxit in melius

autem indēmēs obruendum perenni silentio, quod arcebat magistros Rhetoricos & Grammaticos, ritus Christiani cultores. Hisdem diebus Gaudentius ille notarius, quem opponendum per Africam missum supradiximus à Constantino. Iulianus quinetiā ex Vicario earundem partiū nimius fautor retracti sub uinculis morte periēre pœnali. Tunc & Artemius ex duce Aegypti Alexandrinis urgentibus atrocium criminum mole, supplicio capitali mulctatus est. Post quē Marcelli ex magistro equitū & peditū filius, ut iniectans imperio manus, publica deletus est morte. Romanus quinetiā & Vincentius Scutariorū scholæ primæ secundæq; tribuni agitate conuicti quædā suis uiribus altiora acti sunt in exilium. Cumq; tempus interstetisset exiguū, Alexandrini Artemij cōperto interitu, quē uerebant, ne cum potestate reuersus: id enim minatus est, multos læderet ut offensus, iram in Georgiū uerterūt episcopū, uipereis, ut ita dixerim, moribus ab eo sapius adpetitus in fullionatus, ut ferebatur apud Epiphaniam Ciliciæ oppidū, auctusq; in damna cōplurimū cōtra utilitatē reiçq; cōmunis episcopus Alexandriae est ordinatus in ciuitate, quæ suo pte motu & ubi causæ nō suppetunt seditionibus crebris agitat & turbulentis, ut oraculorū quoq; loquit fides. His efferatis hominū mētibus, Georgius quoq; ipse graue accesserat in centiuū apud patulas aures Constantij, multos exinde causans, ut eius recalci-trans imperijs, p fessionibusq; suæ oblitus, quæ nihil nisi iustū suadet & lene ad delatorū ausa feralia decisebat, & inter cætera dicebatur id quoq; maligne docuisse Constantiū, q; in urbe prædicta ædificia cuncta solo cohæretia à cōditore Alexandro magnitudine impēsarū publicarū extructa, emolumētis ararij proficere dicunt ex iure, ad hæc mala id quoq; addiderat, unde paulopost eius est in exitium præceps reuersus ex comitatu principis, cum transiret per speciosum genij tēplum, multitudine stipatus ex more flexis ad ædem ipsam luminibus, q; diu, inquit, sepulchrum hoc stabit: Quo audito uelut fulmine multi percussi, metuentesq; illud quoq; tentaret euertere: quicquid poterant, in eius perniciem dandestinis cōcitabant. Ecce autē repēte perlato letabili nuncio indicante extintum Artemiū, plebs omnis elata gaudio insperato uocibus horrendis infrendens, Georgiū petit, raptūq; diuersis mulctandi generibus, proterēs & conculcans diuaricatis pedibus. Cumq; eo diaconus Monetæ præpositus, & Diodorus quidā ueluti comes iniectis per crura funibus simul exanimati sunt, ille qd aream in Moneta quā regebat recens locatā euertit, alter qd dum ædificandæ præesset ecclesiæ, cirros puerorū licētius detondebat: id quoq; ad deorū cultum existimans pertinere, quo non cōtenta multitudo immanis dilaniata cadauera peremptorū camelis imposta, uexit ad lacus. hisdemq; subito igne crematis, cineres proiecit in mare: id metuens clamabat, ne collectis supremis, sedes illis extruerent ut reliquis, qui deuiare à religione cōpulsī, pertulere cruciabiles pœnas adusq; gloriosam mortē intemerata fide progressi, & nūc martyres appellant. Poterantq; miserandi homines ad crudele supplicium ducti, Christianorum adiumento defendi, ni Georgij odio omnes indiscrete flagrassent. Hoc cōperto, Imperator ad iudicandū facinus nefandum erectus, iamq; expediturus

Arcebat rhetoricos.

Tribuni scutariorū scholæ primæ secundæq;.

Alexandriae episcopus.

Incentiuum

Letabilis nuncius.

Diuaricatis pedibus.

Cirri puerorum.

Gloriosa martyrum mors.

poenas à noxijs ultimas mitigatus est lenientibus proximis, misso edicto, acri oratione scelus detestabat' admissum, minas extrema, si deinde tentatū fuerit aliquid qd' iustitiam uetet & leges. Inter hæc expeditionē parans in Persas, quā dudum animi robore cōceperat cello, ad ultionē præteritorū uehementer elatus est, sciens & audiēs gentē asperrimā per sexaginta ferme annos inuississe orienti cædum & direptionū monumēta sauislima, ad internitiōnē exercitibus nostris sæpe deletis. Vrebat' autē bellandi genuino desyderio. Primo, q' impatiens ocij lituos somniabat & prælia. dein q' in ætatis flore primæuo obiectus, efferarum gentiū armis recalentibus, armis etiā tam regum precibus & regaliū, qui uinci magis posse q̄ supplices manus tendere credebant', ornāmētis inlustriū gloriarum inferere Parthici cognomentū. Ardebatq; maximis molibus, festinari cernens obtrectatores desides & maligni, unius corporis permutationū toties turbas intēpestiuas indignū & perniciosum esse strepebat, studium omne in differendo procinctu ponentes, & dictitabant his præsentibus, q's audita referre ad Imperatorē posse rebant', eum ni sedatius ageret immodica rerum secundarū prosperitate, uelut luxuriantes ubertate nimia fruges bonis suis protinus occisurum. Et hæc diu multūq; agitantes, frustra uirum circūlatrabant immobilem occulti iniurijs, ut Pigmei uel Thiodamas agrestis Homolidius cū Hercule. Ille tamē ut maioris præter ceteros nihilo lentius magnitudinē expeditionis secum cōmentans in præparandis cōgruis, operā nauabat enixam. Hostiarū tamē sanguine plurimo, aras crebritate nimia perfundebat, tauros aliquoties immolando centenos, & innumeros uarij pecoris greges, ouesq; candidas terræ situs & maris, adeo ut indies penē singulos milites carnes distētiore sagina uictitantes incultius, potusq; auiditate corrupti humeris impositi transeuntū, p plateas ex publicis ædibus, ubi uindicādis poti' quā cedendis cōuiuijs indulgebāt ad sua diuersoria portarent', petulantes ante omēs & celtæ: quorū ea tēpestate cōfidentia creuerat ultra modū. Augebant autē cerimoniarū ritus imodice cū impensa rum amplitudine antehac inusitata & graui, & quisq; cū imprædite licere sciētiarū uaticinādi p̄fessus iuxta imperitus & docilis sine fine, uel præstitutis ordinibus oraculorū permittebant', scitari responsa & auspiciā nōnunq; futura p̄sentia oſcinū & auguriorū & omniū fides, si reperiri usq; posset affectata uarietate querebat'. Hæcq; dum ita p̄cedunt more pacis multorū, curiosior Iulianus nouam cōsiliū uiam ingressus est, uenas fatiscētes Castellī recludere cogitās fontis, quē obstruxisse Cæsar dicit' Hadrian' mole saxorū ingēti, ueritus ne ut ipse præcinētibus aquis capessendā remp. cōperit, & iam alijs similia docerent' adfatus, circūhumata corpora statuit exinde transferri eo ritu, q' Atheniēses insulam purgauerant Delon. Eodem tēpore die XI. Calendarū Nouēbriū, amplissimū Fanū Apollinis, qd' Epiphanes Antiochus rex ille condidit iracundus & sæuus, & simulacrū in eo olympiaci Iouis imitamēti æquiparans magnitudinē, subita ui flammarū exustū est, quo tam atroci casu repēte cōsumpto, id adusq; Imperatorē ira prouexit, ut quæstiones agitari iuberet, solito acriores, & maiorem ecclesiam Antiochiæ claudi. Suspiciabat' enim id Christianos egisse stimulos

Lituos somniabat & prælia.

Immobilis occultis iniurijs.

Opera enixa. Tauros immolabat centenos lul.

Cerimoniarum ritus.

Oſcines.

Fanū Apollinis.

Ecclesia.

stimulatos inuidia, quod idem templum inuiti uidebant ambitioso circumdari supercilio. Ferebatur autē licet rumore leuissimo, hac ex causa cōflagrasse delubrum, qđ Esdepiades philosophus cui⁹ in actibus Maxentiū meminimus, tum uisendi gratia Iuliani ad id suburbanū uenisset, caelestis argēteum breue figmentum, quocunq; ibat, secum solitus afferre, ante pedes statuit simulacri sublimes, accensisq; cereis excussisset: unde medietate noctis emensa, cū nec adesse quisq; potuit, nec iuuare uolitātes scintillā adhæserē materijs uetustissimis, ignisq; nutrimentis euecti, omne quicquid contingi potuit, licet discretum celsitudine con crematum. Eo anno, sydere etiam dum instante brumali, aquarū incessit inopia metuenda: ut & riuī cessarent quidam, & fontes antehac aquarū copiosis pulsibus abundantes, sed in integrum postea restituti sunt. Et quarto Decembrium uergente in se uesperā die, reliqua Nicomediā cōlapsa est terramotu, itidemq; Niceā portio non mediocris. Quæ tametsi mœstitiā solito incuterent principi: residua tamē non cōtemnebat urgentia, dum pugnandī tempus ei ueniret optatum: inter præcipua & seria illud agere superfluum uidebatur, quod nulla probabili ratione suscepta popularitatis, annonæ uilitati studebat uenaliū rerum, quæ nonnunq; secus q̄ conuenit inopiam gignere solet famem: in Antiochiensi ordine id tunc fieri, cum ille iuberet non posse, aperte monstrante, nusquam à proposito dedinabat: Galli similis fratri, licet incruentus. Quocirca in eos deinceps sæuiens, ut obrectatores & contumaces, uolumen composuit inuectiuū, quod Antiochiense uel misso Pagonem appellauit, probra ciuitatis infensamenta annumerans, addensq; ueritati complura: post quæ multa in se facete dicta comperiens coactus dissimulare pro tempore ira sufflabatur interius. Delator enim ut Cercops homo breuis humeros extentans angustos, & barbā præ se ferens hircinā, grandiaq; incedens tanq; Othus & Ephialtes: quorum proceritatem Homerus in immēsum tollit. Itidemq; uictimarius profacricola dicebatur ad crebritatem hostiarum adluentibus multis, & culpabatur hic opportune cum ostentationis gratia uehens licenter pro sacerdotibus sacra, stipatusq; mulierculis letabatur. Et quanq; his paribusq; de causis indignaretur, tacens tamen motumq; in animo retinens potestateq; solennia celebrabat. Deniq; præstituto feriarum die Casium montem ascendit nemorosum & tereti ambitu in sublime porrectum, unde secundis gallicinijs uidetur primo Solis exortu. Cumq; Ioui faceret rem diuinā, repente cōspexit quendam humi prostratum, supplici uoce uitam precantē & ueniam. Interrogantiq; ei quis esset, respōsum est præsidialem esse Theodotum Hieropolitanum præfectum à ciuitate sua Constantium inter honoratos deducentem adulando deformiter, tanquam futurum sine dubietate uictorem, orabat lachrymas fingens & gemitum, & ut Iuliani Athei mitteret caput, perduellis ingrati specie illa quam mandenti circumlatum meminerat membrum. Quibus auditis, accepi olim, inquit, hoc dictum Imperator relatione multorum: sed abi securus ad lares, exutus omni metu clementia principis, qui ut prudens definiuit inimicorum minuire numerum, auerēq; amicorum sponte sua contendit ac libens. Exin uero

Figmentum
Dea.Volumen
inuectiuū.Delator
Cercops.
Grandia in
cedens.

Casius.

Inimicorum
minuire nu
merum.

perfecto

perfecto ritu digresso, offerunt rectores Aegypti, scripsit Apim bouem operosa quæsitum industria, tamen post tempus inueniri potuisse firmantes: quod ut earum regionum existimant incolæ, faustum & ubertatem frugum, diuersaq; indicant bona. Super qua re pauca conueniet expediri. inter animalia antiquis obseruationibus cõsecrata Nemis & Apis sunt notiora: Meuius Soli sacatur, De api boue super quo nihil dicitur memorabile, sequens Lunæ. Est enim Apis bos diuersis genialium notarum figuris expressus, maximèq; omnium corniculantis lunæ species lateri dextro insignis: qui cum post uiuendi spacium præstitutum sacro fonte immersus è uita abierit, nec enim ultra eum trahere ætatem, quam secreta Perempto apri. librorum præscribit autoritas mysticorũ: necatur Io Inachi, bos femina inuenta cum uotis certis offertur: quo perempto, alter cum publico quaritur luctu: & Memphis. si omnibus signis cõsumatis reperiri potuerit, defertur Memphim urbem præstantem, frequentiaq; hominis Asclepij claram. Cumq; inuitante antistitum numero centum, inductus in thalamum esse cõeperit sacer, cõiecturis apertis signa rerum futurarũ dicitur demonstrare: & adeuntes quosdam indicijs auerti uidentur obliquis, ut offerentẽ cibum aliquando Germanicum Cæsare, sicut lectum Strictim. est, auersatus, portenderat paulo post euentura. Strictim itaq; cum tẽpus uidentur hoc flagitare, res Aegyptiacæ tangant, quarũ notitiam in actibus Hadriani & Seueri principum digessimus late uisa pleraq; narrantes: Aegyptũ gentem Aegyptia gens. omnium uetustissimã, nisi quod super antiquitate certat cum Scythiis, à meridiali latere Syrtes maiores, & Phycus promontorium, & Borium, & Garamantes, nationesq; uariæ claudunt, qua orientẽ è regione prospicit, Elephantinã & Scenitæ. Arabes. Meroen urbes Aethiopas & Cathadupos, rubrumq; pelagus & Scenitas præ Saraceni. tenditur Arabas, quos Saracenos nunc appellamus, septentrionis opposita terrarum situ cohæret immeso. Vnde exordium Asiæ Syriaeque prouinciæ Ifiacum mare. sumunt, à uespera Ifiaco disiungitur mari, quod quidam nominauere Parthenium. Pauca itaq; super beniuolo omnium flumine Nilo (quem Aegyptum Homerus appellat) præstringi conueniet, mox ostendendis alijs, quæ sunt in Origo Nili. his regionibus admiranda. originem fontium Nili, ut mihi quidem uideri solet sicut adhuc factum est, postera quoq; non ignorabunt ætates. Verum cum fabulantes Poëtæ, uariantes Geographi in diuersa latentem notitiam scindit opiniones eorum, ueritati confines (ut arbitror) expediam paucis. Adfirmant Causa in crementis. aliqui physicorum in subiectis septentrioni spacijs, cum hyemes frigida cuncta constringunt, magnitudines niuium congelascere, easque postea uel flagrantis syderis resolutas fluxis humoribus nubes efficere grauidas, quæ in meridiana plagam Etesijs flantibus pulsæ expressæq; tepore nimio incrementa ubertim suggerere Nilo creduntur. Ex Aethiopicis imbribus paludantes in tractibus illis per æstus torridos cadere memorantur, exundationes eius erigi anni temporibus adferunt alij præstitutis: quod utrunque dissonare uidetur à ueritate. Imbres enim apud Aethiopas, aut non unquam, aut per interualla temporum longa cadere memorantur. Opinio est celebrior alia, quod spirantibus Prodomos Prodromis, perq; dies quadraginta & quinque Etesiarũ cõtinuis flatibus repellentibus

lentibus eius meatum uelocitate cohibita, superfusus fluctibus intumescunt, & reluctante spiritu cōtrouerso adolescens in agros hinc ui reuerberante uentorū, inde urgente cursu uenarum perennium, progrediens in sublime tegit omnia à dumis oppressa per supina camporū speciem exhibet maris. Rex autem Iuba Punicorū confusus textu librorū, à monte quodam oriri eum exponit, qui situs in Mauritania despectat Oceanū, hiscēp̄ indicijs hoc proditū ait, quod pisces & herbæ, & beluæ similes per eas paludes gignuntur. Aethiopiæ autē partes prætermeans Nilus, nominū diuersitate decursa, quæ & orbem peragrantia nationes ædidere cōplures, & inundatione ditissima ad cataractas, id est, præruptos scopulos uenit, è quibus præcipitans ruit, potiuscēp̄ influit. Vnde captos olim accolas usu aurium fragore adsiduo diminuto, necessitas uertere solum atq; ditiora cōegit: exinde lenius means per ostia septem, quorū singula perpetuorū amnium usum & faciem præbent, nullis per Aegyptum aquis externis adiutus dilatur. Est præter amnes plurimos ex alueo hoc autore cadentes & suppres in eius obtenta iuga uillæ sunt & undosi canales, quibus subiecta uocabula ueteres indiderūt, Heracleoticus, Sebenniticus, Bolbiticus, Phatnicus, Mendesius Taniticus, & Pelusiaticus. Oriens autē inde (ut dictum est) propellit à paludibus aduscq; cataractas, insulascēp̄ efficit plures, quarū aliqua ita porrectis aquis dicunt extant, ut singulas ægre tertio die relinquat. Inter quas duæ sunt clarae Meroe, & Delta à triquetrae literæ forma hoc uocabulo signatius appellata. Cū autē sol per cancri sydus cœperit uehi augescens aduscq; transitū eius in libram, diebuscēp̄ transitum eius in centum subluens minuitur posita, & mitigatis ponderibus aquarū nauibus antea peruius equitabiles campos ostendit. Abunde itaq; luxurians ita est noxius, ut infructuosus si uenerit parcior: gurgitum enim nimietate humectans diutius terras culturas moratur agrorū, paruitate autem minatur steriles segetes. Eumcēp̄ nemo aliquando extolli cubitis altius sexdecim possessor optauit. Et si inciderit moderatius aliquoties iactæ sementes in loco quo te pinguius cespitis cum augmento fuere septuagesimo renascunt, soluscēp̄ fluminum auras nullas inspirat. exuberat Aegyptus etiam pecudibus multis, inter quæ terrestres sunt & aquatiles, aliacq; humi & in humoribus uiuunt, unde Amphibia nominantur: & in aridis quidem capreolis uestuntur, & Bucali, & Bisturnitia omni deformitate ridicula, aliacq; monstra quæ numerare non refert. Inter aquatiles autem bestias Crocodilus ubiq; per eos tractus abunde exitiale quadrupes malum adsuetum elemētis ambobus, lingua carens, maxillam superiorem cōmouens solam, ordine dentium pectinato perniciosi moribus quicquid tetigerit pertinaciter petens: oua ædens foetus anserinis similis, utcēp̄ armatus est unguibus, si haberet etiā pollices, ad euertendas quoq; naues sufficeret uiribus magnis: ad cubitorū enim longitudinem decem interdum extensus, noctibus quiescens per undas, diebus humi uestitur, confidentia cutis quam ita ualidam gerit, ut eius tergo cataphracta uix tormentorum ictibus perforetur: & sæuientes semper eadem feræ quasi pacto fœdere quodam Castrensi per septem cerimoniosos dies mitescunt ab omni sæuitia desciscentes, quibus

Cataractæ.

Suppres.

Nomina ostiorum Nili.

Aduscq; cataractas.

Meroe. Delta.

Auræ nullæ in Nilo.

Amphibia.

Crocodilus.

Confidentia cutis. Cataphracta.

quibus sacerdotes Memphi natales celebrant Nili. Præter eos autē qui fortuita
 pereunt morte, alij dirumpuntur suffossis aluis mollibus certis ferarum dor/
 sualibus crustis, quas Delphinis similes nutrit fluuius antedictus. Alij exitio in-
 tereunt tali: Trochilos auicula breuis, dum escarū minutias captat, circa cuban-
 tem feram uolitans blande: genasque eius inritatus titillandi peruenit aduscq;
 ipsam uiciniam gutturis. Quod factum cōtuens Hydrus Ichneumonis genus,
 oris aditum penetrat alite præuia patefactum, & populato uentre uitalibus di-
 lancinatis erumpit. Audax tam Crocodilus monstrum fugax, ubi audacē sen-
 serit timidissimum, & in terra acius cernens, per. IIII. menses Hybernos nullo
 uesci dicitur cibo. Hippopotami quoq; in illis partibus ultra animalia cuncta
 ratione carentia sagacissimi, ad speciem equorum bifidas, caudasq; breues: quo-
 rum solertiæ duo ostendere documenta sufficiet. Inter arundines casas & squa-
 lentes nimia densitate, hæc belua cubilibus positis, ocium peruigili studio cir-
 cumspectat, laxaq; copia ad segetes depascendas egreditur. Cunicq; iam cœpe-
 rit redire, distenta auersis uestigijs distinguit tramites multos: ne unius plani iti-
 neris lineas insidiatores sequuti, repertum sine difficultate cōfodiant. Item cum
 auiditate nimia extuberato uentre pigrescit, super calamo recens exsecto fe-
 more conuoluit crura, ut pedibus uulneratis cruor egestus madescendum faciat
 leuem, & carnes faucias ceno oblinat, q̄ diu in cicatrices conueniant plagæ. Has
 monstruosas antehac raritates in beluis, in ædilitate Scauri uidit Romanus po-
 pulus primitus: patris illius Scauri, quem defendens Tullius, Impera Sardis, ut
 de familia nobili ipsi, quo locum orbis terrarum autoritate sentirent, & per ata-
 tes exinde plures sæpe huc ducti, nunc inuenire nusquam possunt, ut coniectan-
 tes regionū incolæ dicunt insectas multitudinis tædio ad Blemmias migrasse,
 compulsi inter Aegyptias alites, quarum ueritas nullo modo comprehendī nu-
 mero potest. Ibis sacra est & amabilis & innocua, ideo quod nidulis suis ad ci-
 bum suggerēs oua serpentium, efficit ut rarefiant mortiferæ absumptæ. occur-
 runt eadem uolucres pinnatis agminibus anguium, qui ex Arabicis emergunt
 paludibus uenena malignantes: eosq; antequam finibus suis excedunt, prælijs
 superatos aërijs uorant: quas aues per rostra ædere foetus accepimus. Serpentes
 quoq; Aegyptus alit innumeras, ultra omnem perniciem sæuientes Basiliscos
 etiam Amphisbenas, & Scytalas, & Acontias, & Dipfadas, & uiperas, aliasq;
 cōplures, quas omnes magnitudine & decore Aspīs facile supereminēs, nunq;
 sponte sua fluuenta egreditur Nili. In illis tractibus in quibus pauca conueniet
 explicari, sunt Thermalutra, quæ Cythrus indigenæ uocant. Tempa ubiq; mo-
 libus magnis extructa, ad miracula septem prouecta: quarū diuturna surgendi
 difficultas scriptor Herodotus docet, ultra omnem montium altitudinē, quæ
 humanis confici potest, erectæ sunt turres ab imo latissimæ, in summitates acu-
 tissimas desinentes: quæ figura apud Geometras ideo sic appellatur, quod id
 ignis speciem in pyros, ut nos dicimus, extenuatur in conum: quarum magni-
 tudo quoniā in celsitudinē nimiam cadens, graciliscit paulatim, umbras quoq;
 mœchanica ratione cōsumit. Sunt & Syringes subterranci quidam & flexuosi
 secessus

Dorsuales
crusta.Populato
uentre.Hippopo-
tami.Extubera-
tus uenter.
Mitat san-
guinem.

Ibis.

Pinnati
anguis.Ibides ro-
stro pariunt.Scytalæ.
Acontia.
Aspīs.Pyramides
under

secessus, quos (ut fertur) periti rituum uetustorum aduentare diluuium præsci, metuentesq; ne cerimoniarū obliteraretur memoria, penitus operosis digestos fodinis per loca diuersa struxerunt: & excisis parietibus uolucrum, ferarumq; genera multa sculperunt, & animalium species innumeras multas, quas Hieroglyphicas literas appellarunt Latini ignorabiles. Syene in qua solstitij tempore, quo sol æstiuum austrini cursum extendit, recta omnia ambientes radij excidere ipsius corporis umbras non sinunt. Inde stipitem quisquā fixerit rectū, uel hominem, aut arborem uiderit stantem, circa lineamentorum ipsas extremi tates contemplabitur umbras absumi: sicut apud Meroem Aethiopiæ partem æquinoctiali circulo proximam dicitur euenire, ubi per nonaginta dies umbræ nostræ in contrarium cadunt: unde Antiscios eius incolas uocant. Quæ quoniā miracula multa sunt, opusculi nostri propositum excedentia, ad ingenia celsa reijciamus, pauca super prouincijs narraturi. Tres prouincias Aegyptus fertur habuisse temporibus priscis, Aegyptum ipsam, & Thebaidam, & Libyam: quibus duas adiecit posteritas, ab Aegypto Augustanicam, & Pentapolim à Libya sicciore distitam. Igitur Thebais multas inter urbes dariores alijs, Hermopolim habet, & Copron, & Antinoon, quam Hadrianus in honorem Antinoi condidit sui, apud Hecatompilos enim Thebas magnorum, in Augustanica Pelusium oppidum est nobile, quod Peleas Achillis pater dicitur condidisse, lustrari deorum monitu iussus in lacu, qui eiusdem ciuitatis adluit moenia, cum post interfectum fratrem nomine Phocum horrendis furiarum imaginibus raptaretur, & Cassium ubi Pompeij sepulchrum est Magni, & Ostracine, & Rinocorura. In Pentapoli Libya Cyrene posita est urbs antiqua, sed deserta: quæ Spartanus condidit, Battus, & Ptolomais, & Arsinoe, eademq; & Archila & Darnis, & Beronice, quas Hesperidas appellant. in sicciore uero Libya Paretonion, & Cherecla, & Neapolis, inter municipia pauca & breuia. Aegyptus ipsa quæ iam inde uti Romano imperio iuncta est regio, regitur à præfectis exceptis minoribus multis, Athribin, & Ozurin, Moetimin, & Memphin maximis urbibus nitet. Alexandria enim uertex omnium est ciuitatum, quam multa nobilitant, & magnifica, conditoris altissimi, & architecti solertia Dinocratis: qui cum id monumentum pararet, repente omnes ambitus liniales farina resperfit: quod ciuitatem post alimentorum uberi copia circūfluere fortuito monstrauit. inibi auræ salubriter spirantes, aër tranquillus & clemens, atq; ut periculum docuit per uarias conlectum ætates, nullo penè die incolentes hanc ciuitatem solem serenum non uident. hoc littus ne fallacibus, & insidiosis accessibus adfugeret antehac nauigantes discriminibus plurimis, excogitauit in portu Cleopatra turrim excelsā, quæ Pharos à loco ipso cognominat, præluce di nauibus nocturna suggerens ministeria, cū quondā ex Paretonio pelago uenientes, aut Libyco per pandas oras, & fretū Lasmontiū, nullas speculas, uel collū signa cernentes, harenarum infusa glutinosa mollicie frangerentur. Hæc eadem regina Eptastadium sicut uix credenda celeritate, ita magnitudine mira construxit ob causam notam, & necessariam. insula Pharos, ubi Protea Phocarum gregibus

Hieroglyphi
cæ literæ.

Antiscij a cō
traria um
bra.

Thebais.
Antinoos ci
uitas.
Hecatomp
li Thebæ Pe
lusium a Pe
leo.

Pentapolis,
† Hechyra le
git Andreas
Alzatus Me
diolanēsis,
in suis adno
tationibus.

Alexandria
uertex ciuita
tum.

Sol serenus
semper Ale
xandria.

Pharos a lo
co.

Eptastadiū.

Pp diuersarum

diuersarum Homerus fabulatur inflatus, à ciuitatis litore mille passibus dispa-
rata, Rhodiorum erat obnoxia uectigali. Quod cum inde quidam nimium
quantum petitori uenissent, scemina callida semper in fraudes solennium spe-
cie feriarum, iisdem publicanis secum ad suburbana perductis, opus iusserat in-
requietis laboribus consumari, & septem diebus, totidem stadia molibus iactis
in mare solo propinquantì terræ sunt uindicatæ. Quocunq; uehiculo ingressa
erat Rhodios insularum non continentis portorium flagitantes. His accedunt
altis sufflata fastigijs templa. Inter quæ eminet Serapium, quod licet minuat
exilitate uerborum: atrijs tamen columnis amplissimis, & spirantibus signorū
figmentis, & reliqua operum multitudine ita est exornatum, ut post capitolium,
quo se uenerabilis Roma in æternum attollit, nihil orbis terrarum ambitio-
sius cernat. In quo uero bibliothecæ fuerunt inestimabiles, ut loculi monime-
torum ueterum, continentes ferè septingenta uoluminum millia. Ptholomæus
regibus uigilijs intentus, composito bello Alexandrino, dum diripitur ciuitas
sub dictatore Cæsare conflagraffe. Canopus inde duodecimo distungitur lapi-
de: quem, ut priscae memoriæ tradunt, Menelai gubernator sepultus ibi cogno-
minauit. Haectenus impendio locus & diuersorij lætis extructus auris, & saluta-
ri temperamento perfatilis: ita ut extra mundum nostrū morari se quisquàm
arbitretur in illis tractibus agens, cū sæpe aprico spiritu immurmurantes audie-
rit uentos. Sed Alexandria ipsa non sensim, ut aliæ urbes: sed inter initia prima
aucta per spaciosos ambitus, internisq; seditionibus diu aspere fatigata, ad ul-
timum multis post annis Aureliano imperium agente, ciuilibus iurgijs ad cer-
tamina interneciuâ prolapsis, disruptisq; mœnibus, amisit regionum maximā
partem, quæ Buchion appellabatur, diuturnum præstantium hominum domi-
cilium. Vnde Aristarchus grammaticæ rei donis excellēs, & Herodianus artiū
munitissimus suscitator, & Saccas Ammonius Plotini magister, alijsq; plurimi
scriptores multorum in literis nobilium studiorum: inter quos Calcenterus emi-
cuit Didimus multiplicis scientiæ cœpti memorabilis, qui in illis sex libris, ubi
nonnunquàm imperfecte Tullium reprehendit, syllogaphos imitatus scripto-
res maledicos, iudicia doctorum aurium incusantur ut immania, frementē leo-
nem putidulis uocibus uanus catulus longius circumlatrans. Et quanquàm ue-
teres cum his quorum memini, florere complures: tamen ne nunc quidem in
eadem urbe doctrinæ uariæ silēt. nam & disciplinarum magistri quodammodo
spirant, & nudatur ibi Geometrico radio quicquid reconditum latet: nondum
que apud eos penitus exaruit Musica, nec harmonia conticuit: & recalet apud
quosdam adhuc licet atrox consyderatio mundani motus, & syderum, doctiç
sunt, haud numero pauci super his scientiam callent, quæ fatorum uias ostendit.
Medicinæ autem, cuius in hac uita nostra, nec parca, nec supina desyderan-
tur adminicula. crebra ista studia augentur indies, ut licet opus ipsum redoleat,
pro omni tamē experimento sufficiat medico, ad cōmendandā artis autorita-
tem, Alexandria se dixerit eruditum. & hæc quidem haectenus. Sed intelligēdi
diuini aditionem multiplicem, & præfensionum originem ante negatam qui-
busq;

Astus Cleo-
patra.

Portorium.
Serapium
post capito-
lium.

DCC.M.
uolumina
conflagrarūt

Alexandri-
ni scriptores
Calcenterus
Dydimus.

Doctrinæ
uariæ Alexā-
driæ.
Recalet con-
syderatio sy-
derum.

Medicus
Alexandriæ.

busq; mortalium, replicata per mundum omnem inuentione Matheseos ab huiusmodi Aegypto circumlata, primum homines longe ante alios ad uaria religionum incunabula (ut dicitur) peruenerunt, & initia prima sacrorum caute tumentur condita scribis arcanis, ac institutis prudentia. Pythagoras colens secretius deos, quicquid dixit, aut uoluit, autoritatem esse instituit ratam, & femur suum ante aureum apud Olimpiam saepe monstrabat, & cum aquila colloquens subinde uisebat. Hinc Anaxagoras lapides ex caelo lapsuros, & putealem limum contrectans, tremores futuros praedixerat terrae. Et Solon sententis adiutus Aegypti sacerdotum, latis iusto moderamine legibus, Romano quoque iuri maximum addidit firmamentum. ex his fontibus per sublimia gradiens sermonum amplitudine Iouis est multis non uisa Aegypto, militauit sapientia gloriosa. Homines autem Aegyptii plerique subfusci sunt, & atrati magis moestiores, gradulenti, & aridi, ad singulos motus excandescentes, controuersi, & reposcones acerrimi. Erubescit apud eos si quis non inficiando tributa, plurimas in corpore uibices ostendat. & nulla tormentorum uis inueniri potuit, quae obduratum ullius pectus latrocinij inuitum elicere potuit, ut nomen proprium dicat. Id autem notum est, ut annales ueteres monstrant, quod Aegyptus omnis sub amicis erat antea regibus: sed superatis apud Actium bello nauali Antonio, & Cleopatra, prouinciae nomen accepit, ab Octauiano Augusto possessa. Aridiora Libyae in supremo obitu regis consecuti sumus arbitrio, Cyrenas cum residuis ciuitatibus Libyae Pentapoleos Ptolemaei liberalitate suscepimus, euectus longius ad ordinem remeabo ceptorum.

Incunabu/
la.
Femur aure/
um Pithago
ra.
Anaxagoras
Solon.

Reposcones
acerrimi.

AMMIANI MARCELLI

NI RERVM GESTARVM

LIBER VIGESI

MVSTERTIVS.



HAEC EO ANNO, ut praetereamus minutias, agebantur per prouincias. Iulianus uero ter Consul adscito in collegio Trabeae Salustio praefecto, per Gallias quater ipse amplissimum inierat magistratum: Collegium Trabeae, & uidebatur nouum adiunctum esse Augusto priuatum, quod post Diocletianum, & Aristobolum nullus meminerat gestum. & licet accidentium uarietate sollicita mente praecipiens, multiplicatos expeditionis apparatus flagrantis studio perurgeret, diligentiam tamen ubique diffidens, imperij sui memoriam magnitudine operum gestis, propagare ambiciosum quondam apud Hierosolymam templum, quod post multa, Iulianus uult instaurare templum Hierosolymorum, & interneciuia certamina obsistente Vespasiano, post itaque Tito aegre est oppugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis: negociumque maturandum Pp 2 Alipio